



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

143. De obitu Venerabilis Bed[a]e S. Vvillibrordi Co[a]etanei &
Encomiastae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

DISSERTATIO CXLIII

De obitu Venerabilis Bedæ S. Willibrordi
Coætanæ & Encomiastæ.

SVb annum 735. incidit emortualis dies V. Bedæ viri & eruditione & sanctimonia percelebris. Seio circa illam diuersissimas regnare opiniones, quam vnam Sigeberti de anno 734. aliæ recensuimus & refutauimus. Marianus Scotus eius transitum signat anno 729. sed ex ipso Beda redarguitur, qui annales suos usque in annum 731. deduxit. Ex quo multo magis redarguuntur, qui mortuum ponunt anno 700. Trithemius, inquit Baronius, affirmat excessisse ex hac vita anno 33. rursus alij 34. supra 700. ut inconstans omnium reperiatur esse sententia, sicut & afferentium eiusdem Bede annos ætatis, alijs dicentibus annos vixisse 60. cui numero vuam addunt alij, alijs vero plures: siquidem Trithemius tribuit grati ipsius annos 72. Ipse Baronius fultus Epistola Bedæ de æquinoctio, eius vitam producit usque in annum 776. Nonnulli afferunt obiisse anno 742. in festo Ascensionis inchoante à primis vesperis ciantes epistolam discipuli Bedani apud Baronium ad annum 734. verum opotuisse illos etiam aduertere, Baronium in dictam epistolam annotare mendum irrepsisse, scilicet VII. Idus Maij. Vnde etiam interpretantur illi festum Ascensionis pro profesto?

Vt in tanta iudiciorum varietate aliquid conferam, mihi certa stat animo sententia ultra annum 734. aut 735. non vixisse adeoque obiisse anno 734. aut, quod mihi verosimilius

rosimilius, anno 735. Mouent i. nobiles Scriptores Angli, qui monumenta Anglicanae vicepotestate domestici exacte discusserunt: quo: um viuus Malmesburiensis lib. 1. de gestis Regum Angliae cap. 3. ait: *Cuius (Celuulphi Regis Northumbrorum) anno 4 Historicus Beda post multos in S. Ecclesia libras elabores celestem patriam, quam diu suspirauerat, ingressus est anno Dominice Incarnationis 734. atatis sue 59.*

Rogerus de Houeden annalium parte priori ait: *anno 735 Beda Doctor obiit in Giruum.*

Ethelwerdus Chronicus lib. 2. cap. 14. ad annum 734. In ipso anno quippe obscuratum est solis tubar, postquam decursum unius anni facta est luna velutis sanguinolenta intincta guttis, & in ipsoprasignio Taruine & Bedam grauerunt.

Nicolaus Harpsfeldius Archidiaconus Cantuariensis, qui historiam suam Anglicanam Ecclesiasticam, ex diversissimis, tam recentioribus quam veteribus concinnauit, historiae Anglicanae seculo octavo cap. 25 tenet, eum in caelestia regna spiritum transmississe ad annum salutis nostrae 735. Appendix ad historiam Bedæ diserte habet obijisse anno 735. Si longiorem vel longam Nam Baronij gratem vivisset, non dubitandum quin ex archiuis, aut traditione percepissent.

Ita & alij protixam illam vitam illi negant. Lambertus Scafnaburgensis lib. de rebus Germaniae obijisse 736. Hermannus Scedel in Chronico 734. Vincentius in speculo historiali obijisse anno 4. Celuulphi Regis Northumbriam, scilicet 734. Christophorus Heluicus in theatro historico ait obijisse 735. citatque Centuriatores. Georgius Garnefelt Carthusianus in Sanctorum temporibus explorandis quā plurimum exercitatus & versatus, in epistola quadam ad me data scribit post multam inuestigacionē sic certo habere mortuum esse Bedam anno 735. Certe



550 LE PRIMIS VETERIS FRISIAE APOSTOLIS
si aliquot supra annum 735. addidisset, videtur suos an-
nales vterius fuisse producturus Beda.

Præter hæc contra annosam eius vitam militant Epis-
tolæ S. Bonifacij ad varios Angliæ amicos; inter quos
est illa apud Baronium supra & Serarium ad Cuthbertum
Abbatem, in qua hæc verba: *Interea rogamus ut aliqua de
opusculis sagacissimi investigatoris Scripturarum Bedam Monachis,
quem nuper in domo Dei apud vos vnde candelæ Ecclesiæ scientia
Scripturarum fuisse audiuimus, conscripta nobis transmittere dig-
nemini. Ex quibus omnino datur intelligi Bedam scri-
bente Bonifacio vitâ desisse; & plane illud importat.
Quem nuper in domo Dei &c.* quomodo de mortuis solemus
loqui.

Hic N. obiter, Cuthbertum ad quē recitata epistola, nō
esse illum S. Cuthbertum ex Abbe Episcopum Lindis-
farnensem de quo Beda lib. 4. Hist. Anglicanæ per sex ul-
tima capita: ille enim ad cælestia migravit circa annum
686. neque illum Cuthbertum Abbatem postea Archie-
piscopum Cantuariensem de quo Malmesburiensis, sed
alium quendam de quo honorificam mentionem facit
Harpsfeldius supra: *Cuius, inquiens, labore & industria aliquo
modo multa præclara Bede monumenta debemus que ille preceptore
dictante, cum ipse alioquin ad scribendum propter incommodam &
affectionem valetudi nem dolorumq; magnitudinem imper erat, citato
calamo exceptit, tanta & ipse doctrina ut Beda mortuo Doctoris
locum apud suos subiret, qui non solum Beda opera industrie collegit
& concinne digestit, sed vitam illius individuus illi usque ad
mortem comes præclare & summa fide delineauit. Claruit vero
anno 740. teste Molano in annotationibus ad Usuardum
26. Maij.*

Denique cum numerosæ extent epistolæ Bonifacij ad
diuersos & quidem diuersis temporibus in Anglia, nulla
vero

vero ad Bedam sit, quem tota tamen Anglia imo totus orbis suspiciebat. Inter eas etiam varię consultatorię ad varios, nulla vero interrogatoria ac consultatoria Bedę sit missa, quem tamen omnis Britannia, imo omnis Ecclesia supremum Doctorem venerabatur, argumento mihi est diu ante Martyrium Bonifacij terras deseruisse adeoque omnes esse scriptas post annum 735. Præualeat itaque sententia iuxta sæpe dictos Authores, scilicet, obiisse Bedam anno Christi 735. Nec puto dissentire eos qui annum 734 statuunt, nam secundum diuersum ritum inchoandi & finiendo annos qui alijs. 34. alijs est 35. Nec Authores semper determinatum annum accipiunt, sed intelligunt circiter id est circa 34. quod consistit cum anno 35.

Conformiter assertimus obiisse 7. Kalendas Iunij id est 26. Maij in die Ascensionis Dominicæ. ita Molanus supra, Harpsfeldius supra, Trithemius, Appendix ad Martyrologium Adonis, Posseuinus in apparatu aliquę plures. Et hoc pacto optimè componuntur rationes. Ex tabulis namque Astronomicis liquet anno 735. littera Domini cali B. Cyclo lunari 14. Pascha incidisse in 17. Aprilis, consequenter Ascensionem Domini in 26. Maij, Pentecosten in 5. Iunij. Hinc examinandi & probandi qui alijs atque alijs diebus & annis emigrasse Bedam autumant.

Satis hæc sint in gratiam Bedę S. Willibrordi conteranei, coetanei, laudatoris & amici.

DISSERT-